

dicetur. 3. Negavit ( ut Cyrillus refert ) carnem Christi esse vivificam. Negant hoc etiam Calviniani, contendentes, pro vocabulo carnis reponendum vocabulum Deitatis seu λόγος, ut sensus sit: ὁ λόγος est vivificus, cujus est illa caro, non autem ipsa caro λόγος vivifica. 4. Nestorius fuit condemnatus Hæreseως, propter negatam Communicationem Idiomatum. Inde enim collegerunt Orthodoxi, eum solvere Unionem personalem & duos facere Christos: Judicet jam, qui intellectu non caret: Vtrum Calviniani Doctores non longè atrociora de personâ Christi doceant, quàm Nestorius blasphemavit. Et hæc de XIII. Articulo.

Μὰς κυβείας  
non docet Scho-  
la Christiana sed  
Synagoga Ne-  
storii.

ARTICULUS XIV.

I. Quòd ( Calviniani ) doceant, CHRISTUM Hominem non propriâ virtute Miracula fecisse.

II. SUPrà criminatus erat istum Articulum, quòd ex Hypo- Iren. pag. 267.  
thesi Ubiquitatis pendeat. Hic in Responsione accusat no- Iren. pag. 143.  
stram partem, quòd sentiat cum Eutychete & Suenckfeldio, Hæreticis: adeoque evertant Argumentum in compendium Arianorum. Atqui quàm facilis est in criminando, tam vafer est in perverso scopo. Si bonam fovet causam, cur non candidè agit, ea ipsa potiùs retinendo verba, quæ suprà ex Catechismo D. Leyseri excerpserat? Nimirum, quòd nostri doceant: Christi- Iren. p. 118. 119.  
stum secundum utramque Naturam Miracula edidisse & mortuos excitasse: Calviniani verò asserant, CHRISTUM tantum secundum Deitatem Miracula edidisse: Humanitate suâ non plus conferente ad ea, quàm baculo Moysi? Ex his quæstio, de qua inter nos disceptatur, plana & dilucida extrui potuisset, de utrâque scilicet Naturâ. Verùm isto modo  
quivis